

Sermo

¶

Nono apparuit recumbentibus discipulis in ipso die ascensionis increpans duriciam cordis eorum. In quo notat studium discipline quod a merore incipit sed in dulcedinem tendit. Unde ad hebreos. xij. Omnis disciplina in presenti quidem non videtur esse gaudij sed meroris. postea autem fructum placatissimum excitans peccata reddens iusticie autem quidem fructus discipline. Primo quidem dem corticem amarum compunctiois de antea actis criminibus. Deinde durissimam testam inueterate consuetudinis qua contracta aperitur anime suauitas diuine consolationis. quod etiam hic manifeste ostenditur ut primo discipuli recubuisse leguntur quod quando penitentes ante uelcitur pane lacrimarum in recordatione peccatorum suorum. Deinde leguntur increpati et exprobrati a deo. quod est quando penitens increpationi uerborum dei autem comodat. ut pristinae consuetudinis duriciam frangat. Deinde dominus comedere cum illis quod est quod penitens incipit frui suauitate dei. Decimo apparuit eis ipso die in monte oliueti. oleon grece lacte misericordie. et id in monte oliueti uidetur promouencia operum misericordie in quibus in persona pauperis exhibetur nobis presencia saluatoris. Unde per beatum qui intelligit super egeum et pauperem. ubi dicit expositor. Beatum est intelligere quod ipse qui celum regit sit nudus in paupere. quod in esuriante esuriant saturitas rerum. quod sitat in sitiente fons fontium. quod frustum panis. calicem aque. dator

quinquagesimus sextus

¶

omnium querat. et se deo amore pauperis sic deponat ut non tantum ad sit pauper. sed ipse sicut pauper. Cui frui et uedistis mihi manducare. Se manducare dicit. quando pauper comederit. et cum bibit sibi testatur infusum. Quantum agit amor pauperis. deus gloriatur in celo. Unde pauper erubescit in terra. et hoc significat in homine sibi quod pauperi computatur in manu. Susceptus igitur a nubibus sic ascendit in celum. quia elemosine nostre angelorum manibus deferuntur ad deum. Ascendit Christus ut prepararet fidelibus locum. Deferuntur elemosine ut dignas in celo nobis prepararent mansiones. Unde dicitur Proverbiorum decimo octauo. Domum hominis dilatam viam eius. et ante principem spatium ei faciet. Imploremus ergo clemenciam conditoris. ut in presentia nobis faciem gratie sue exhibeat. et in futuro ad gloriam contemplationis sue perducatur. Amen

Feria secunda.**Epistola. Actuum. x.**

In diebus illis. stans petrus in medio plebis dixit. Viri fratres vos scitis quod factum est uerbum per uniuersam iudeam incipiens enim a galilea per baptismum quod predicauit iohannes ihesus a nazareth quomodo unicum eum deo spiritu sancto et uirtute. Qui